



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Scintillæ Ignatianæ, Sive Sancti Ignatii De Loyola, Societatis Jesu Fundatoris Apophthegmata Sacra**

**Hevenesi, Gábor**

**Coloniæ, 1715**

**VD18 10988289**

8. Augusti. Quisque seipsum priùs approbet, tum facilè in aliorum  
mentibus sui approbationem ingeret. S. Ignat. ibid.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50423)



8. Augusti.

*Quisque seipsum prius approbet, tum facile  
in aliorum mentibus sui approbationem  
ingeret. S. Ignat. ibid.*

**O**ptimus censor conscientia tua; hæc  
videt, quæ aliorum oculis abscondi-  
ta sunt; si hæc te crimine omni absolvas, si  
laude dignum pronunciet, facile reliquos  
approbatores invenies, illi suam omnes  
transcribent sententiam.

Ut non facile latet ignis, quin aliquo le  
prodat indicio; licet abditus lateat in pe-  
netralibus, vel calore, vel fumo sui noti-  
tiam facit: sic frustra domestica occultan-  
tur vitia.

Habet conscientia proditores. Quæ in  
corde arcanissime credimus esse recondita,  
vultus prodit, & oculus; in hoc theatro se  
sistunt omnibus, etiam te prohibente, quæ  
si pario regi maluisses.

Quisquis domi habet omnem seu lau-  
dis, seu censuræ apparatus, ex se vel bea-  
tus, vel infelix. Una proinde princeps tibi  
cura sit, ne tua te accuset conscientia. Hoc  
jus quotidie sensum explora.